



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118316**

§. 46. Deputati Synodales Pragam profecti.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](#)

Sæcul. XV.  
A.C. 1433

Storem, si illum creditis esse Evangelicum, inquit Cardinalis, consequens est, ut dicta ejus authentica reputetis: si vero non ita putatis, æquum esset, ut hoc nobis innotescat. De iis igitur rogamus vos, ut nos certificari velitis, quid credatis, & ad singulos articulos nobis respondeatis per verbum, credimus, aut non credimus, & confessim vobis respondebimus, parati enim sumus unicuique poscenti reddere rationem. Ad hæc Bohemorum Deputati responderunt, venisse tantum, ut quatuor illos articulos proponerent, non tam suo, quam publico totius regni Bohemici nomine; nec pluribus se explicarunt. Quare Synodus intelligens quod Bohemi cuncta pacis consilia rejicerent, atque omnino discedere cogitarent, illis etiam abeundi copiam esse concedendam statuit, adjecta tamen solemnis Legatione, quæ Pragæ ad sacratissimæ Triadis festum, quo die septima Junii e-jusdem anni Pragensis populus convenit ageret, & ipsa interveniret.

§. XLVI.  
*Deputati Synodales Pragam profecti.*

Itaque Legati isti die decima quarta Aprilis Basilea abeunt. Erant vero numero decem, nimirum, Philibertus Constantiæ in Normannia Episcopus; Petrus

trus Augustensis Antistes; Joannes Po-  
lemarus Barcinonensis Archidiaconus; A.C. 1433.  
Fridericus Parspergerus Præpositus Ra-  
tisbonensis; Ægidius Carlerius Camera-  
censis Decanus; Alexander Sparur, Ju-  
risconsultus natione Anglus, Thomas Ha-  
selbachius, Theologus Viennensis; Hen-  
ricus Tocsis Magdeburgensis Canonicus;  
Martinus Bernerius Decanus Turonensis,  
& Joannes Gelhusius Mulbrunensis Mo-  
nachus. Hi omnes summo honore u-  
bique excipiebantur tum in itinere, tum  
ab ipsis Bohemis æque ac Catholicis,  
præcipue vero a Pragensibus, quampri-  
mum in urbe illa adventabant.

### §. XLVII.

#### *Sessio IX. Basileensis Synodi.*

Die vigesima secunda Januarii, quæ e-  
rat feria quinta, habita est nona Con-  
cilii Sessio, ubi Patres Sigismundum ob-  
fervens ejus studium, ac strenuam ope-  
ram, qua Synodum contra quævis Eu-  
genii molimina propugnaverat, grato pro-  
sequi animo intenti erant; quapropter  
eundem vicissim suo quoque præsidio ho-  
norabant, illumque adversus quascunque  
censuras, atque anathemata in eum a  
Pontifice lata vel ferenda protegebant;  
quem in finem in hac Sessione declara-  
bant, quod quæcunque Eugenius contra

F 2

Cæsa-